

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

LXIII. Vituperatio violationis voti vel Apostasiæ quomodocunq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

mortem? non eris membrum Christi, nisi sequatis vestigia Christi. In re ipso vis experiri misericordiam, & in fratrem vis exercere severam justitiam? magnum est si peccator ignoscas peccatori, cum Christus pro crucifixoribus suis oraverit Patrem? arduum est non referire fratre, quem juberis & amare? durum est non remetiri maleficium, pro quo nisi beneficium retuleris, non hoc eris in conservum, quod Christus fuit in seivum? Si sanare furentes potes, sana; sin minus pereat ille solus potius, quam tecum: istum, qui se damnum dedisse putat, commiseratione, non poena dignum puta. Et si vis cum laude irasci, irascere vitio, non homini.

*Heb. 12.
Aspicien-
tes in &c.
1. Pet. 2.*

Syr. 28.

*Homo ho-
mini reser-
vat iram &
à Deo quæ-
rit mede-
lam?*

Matt. 18.

*Si non re-
miseritis
unicuique
de cordib⁹
vestris nec
Pater ve-
ster remit-
tet vobis.*

Syr. 28.

*Separate te à
contentio-
nibus, &
peccata e-
vades.*

LXXX. VITUPERATIO VIOLATIONIS VOTI, vel Apostasie, & defectionis, vel à fide Catholica; vel à fide Deo data per Votum

Castitatis, aut Religionis.

EXORDIUM duces à magna Diaboli versutia, quia interdum eos, qui cunctam huius virtutum phantasiam fucatamque felicitatem semel conculcārunt, & ad verum virtutis fastigium evaserunt, iterum in pristinos mundi fluctus abducit.

PROPOSITIO: Te igitur turpitudinem, pericula & damna tanti sceleris Auditoribus propositorum.

CONFIRMAT. I. Locus à turpi. Votifragi enim vel Apostatae atrociori ac turpiori scelere se obstringunt, quam furti, sacrilegii, adulterii, & incestus. Nam qui Deo, ait B. Ephrem, *animas suas consecrarunt, corporis sui potestatem amplius non habent.* At illi se donum Domino obtulerunt, non igitur amplius corporis sui potestatem habent, ut nec qui aliud Deo obtulit, illud sine sacrilegio repetere potest. Hinc S. Ambr. *Virgo quæ spopondit Christo, & sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortali juncta est viro.* Et si voluerit

P 2. nubere

nubere communi lege conjugii, adulterium perpetravit, ancilla mortis efficitur. S. Chrysost. ad Theodorum Monachum: Angelorum societas emel junctum, illam relinquere, & uxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurvare est: quamvis frequenter hoc ipsum nupicias voces, ego tamen illud & adulterio tanto peius affirmo, quanto major ac melior mortalibus Angelus. S. Aug. Sanctimonialis si nupserit, Christi adulterare putabitur. Auctor Sermonum ad Fratres in eremo, Ego, qui hodie videor Monachus, si rupero propositum meum, Christum negavi. & S. Hieron. Virgines, qui post consecrationem nupserint, non tam adultera sunt, quam incestae.

II. ab incommodis. Nam PRIMÒ, quia arctior est conjunctio cum Deo per vota, quam inter conuges per matrimonii fædera, magnam eorum violatione apud Deum Apostatae incurvant indignationem. Si superveniens maritus inquit D. Cypr. sponsam suam jacentem cum altero videat, nonne indignatur & fremit; & per Zeli dolorem fortassis & gladium in manum sumit? Quid? Christus Dominus. Index noster, cum virginem suam sibi dicatam & sanctitati sua destinatam, jacere cum altero cernit, quam indignatur, & irascitur, & quas pœnas incestis ejusmodi conjunctionibus comminatur? Basilius: Si mulier ad viri societatem lege matrimonij proiecta, & una cum eo copula carnali conjuncta morte mulctatur, si ei insidias fecisse deprehensa sit: quanto is magis subjecbit pœna graviori, si se abjunxerit, qui spirituali communione copulatus sit teste atque sequestri ipso Spiritu Sancto? Idem Deum sic expostulantem cum virgine lapsa inducit: Me dereliquit verum sanctorum animarum sanctum sponsum, & confugit ad impium anima simul ac corporis corruptorem. Desecit à Deo Salvatorem suo, & exhibuit membra sua mancipia immunditia, & iniuriant ad iniuriam, mei oblita est, dicit Dominus, & ad amatorem suum transiuit: expt-

In constit.
cap. 22.

Epist. ad
Lapsam.

CONTRA APOSTATAS. 229

expediret ipsi, ut mola asinaria circa collum ipsius appensa esset, & in mare projectus esset potius, quam virginem vitiasset. Quis prado ad tantam dementiam perductus est, ut ipsa Dei donaria contingere? Non supellectilem inanimatam, sed corpora viventia & animam inhabitantem habentia factam ad imaginem Dei? Quis ab eterno auditus est in media civitate, & serena meridie, imaginis regiae formas immundorum porcorum inscribere ausus esse? Si quis humanas nuptias ignomina affecit, citra miserationem coram duobus aut tribus testibus moritur, quanto pejore supplicio dignus censetur, qui Filium Dei conculcavit, & desponsatam ipsam sponsam adulterio contaminavit, & spiritum virginitatis contumelia affecit.

SECUNDÒ. Quia sacra votorum vincula, quibus Christo alligatus erat, semel disrumpit, multis & magnis beneficiis ornamentiisque spiritualibus se privat, ac spoliat. Hinc S. Ambr. ad Virg. lapsam: *Vide P. Pla-
Bona commemorem, que perdidisti. an mala defleam, jum de Bono
que invenisti? Eras virgo in paradiſo Dei, utique in- status Reli-
ter flores Ecclesie eras sponsa Christi, eras templum Dei, si. ad lapsam
eras habisaculum Spiritus Sancti, & cum dico totiens cap. 8.
eras necesse est, ut totiens ingemiscas, quia non es quod Ps. 67. v. 14.
fuisti. Incedebas in Ecclesia tanquam columba illa, de
qua scriptum est. Pennæ columbæ deargentatae, &
posteriora dorsi ejus in pallore auri. Splendebas ut
argentum, fulgebas ut aurum, quando cum sincera con-
scientia procedebas. Eras tanquam stella in manu
Domini, nullum ventum, nullius belli nebulas perti-
mescebas. *Quæ est ista subitanea conversio? Quæ est ista
repentina mutatio?* De Dei virgine facta es corruptio
Satanæ, de habitaculo Spiritus Sancti tugurium diabo-
li. *Quæ incedebas ut columba, nunclates in tenebris
sicut stello.* *Quæ fulgebas ut aurum propter virginiti-
tatis honorem, nunc vilior facta es luto platearum, ut
eriam indignorum pedibus conculceris.* *Quæ fueras
stellæ radians in manu Domini, veluti de alto ruens**

cœlo lumen tuum extinctum est, & conversa es in carbonem.

TERTIO, Magno cum probro suo & scandalo
sociorum, parentum, fratrum, cognatorumque
quisvis Apostata vota Deo semel facta rescindit.
Cap. 3. Hinc pergit S. Ambr. lapsam suam pudefacere his
verbis: Aspice quis Sanctorum, aut quæ Sanctorum iibi
approximare non horreat, aperi oculos tuos, si potes,
erige frontem, uale aliquem Sanctorum fiducialiter in-
tuere? non netuam faciem conscientia commissum tan-
quam plumbum inclinat, & premit? Nonne timor &
tremor animam tuam & membra quassant? Et: Non
istam confusionem de te tuus expectaverat pater, qui
te sibi singularem gloriam computabat. Non hunc
ludum, & has lachrymas ex te sibi nasci tua credide-
rat mater quæ partus sui gemitum per tuam virginitu-
tem consolabatur. Non fratres tui, non sorores hoc ex te
dedecus expectabant, quos omnes quasi uno gladio tui
sceleris graviter sauciasti. Si fuisses communis sorte de-
functa, flessent te modicum, propter desiderium paren-
tes; sed exultassent granditer, quia immaculatam pro-
misericordem virginem, hostiam vivam, Domino propitia-
tricem suorum videlicet delictorum. At nunc plangunt
mortuam, & non mortuam; lugent vivam & non vi-
vam, mortuam utique gloria virginitatis, & vivam
dedecoretur pudicitia: ingratus est pater suis visceribus,
de quibus nata es: maledicit mater suo utero, ex quo in-
hanc lucem infelicitate processisti: nec tamen modum
suo dolori reperiunt, nisi hoc solum planè videntur ha-
bere solatum, quia et nec pater compulit, nec mater
coagit ut virginitate profitereris quam ultrò & propria
voluntate professæs, &c. Et: Si tibi solum damnum
fecisses, erat equidem tristitia; sed forsitan tolerabilis.
Nunc vero quantas animas tuo scelere sauciasti, quan-
tas animas propter te de proposito suo poenitere fecisti?
Quanta labia etiam fidelium inquinata sunt, viam
Domini blasphemando? aperuit in nos gentilitas os-
sum,

ſnum, aduersus sanctam Ecclesiam Synagogam Iudeorum (& hæreticorum) pertuum dedecus exultavit. Quod siis, qui unum scandalizaverit, mola circumligatus jactari debet in mare, quid de te pronuncias, per cuius scelus omnis anima ſauciata est, & nomen Domini in gentibus blasphematum est?

QUARTO. Quoiquod Religiosum vitæ institutum per Vota simplicia vel solemnia ſemel ſuscipitum deserunt, indices fiunt deteriores. Hinc S. Aug. Ex quo Deo servire cœpi, quomodo difficile ſum Cap. 22. v. 11. expertus meliores, quam qui in monasteriis profecerunt; in Psal. 36. ita non ſum expertus peiores quam qui in Monasteriis Psal. 72. ceciderunt, ita ut hinc arbitrer in Apocalypſi scriptum: Justus justior fiat, & ſordidus ſordescat adhuc. S. Ambros. in hunc modum depingit Apostatarum mores: Luxuria ſunt magistri, disseminatores incontinentia, incentores petulantia, obtreclatores pudoris. Nonne de his pulchre dixeris, effusi ſunt gressus eorum? quos bene vixiſſe pœnituit. Itaque egerunt novi generis pœnitentiam pro virtutibus, & non agunt pro delictis. Sed hi ex nobis exierunt, &c. Homo aposta-
tata, ait Salomon, vir inutilis, graditus ore perverſo, annuit oculis, terit pede, dígito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. Et: Sicut aviſtransmigrans de nido ſuo, ſic vir qui dere-
linquit locum ſuum, id est, qui defert ſtatum ſuum, & vocationem, incertis vagatur ſedibus, multis
1. Ioa. 2. v. 19
Prov. 6. v. 12
Luc. 9. v. 62
1. Tim. 5. v.
II.

QUINTO. Desertores ſui ſtatus, vel Votorum, ſunt rei æterni exili. Christus enim ait: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & respiciens retro aptius eſt regno Dei. Et B. Paulus: Adolescentiores viduas devita: cum enim luxuriata fuerint in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem (intelligit votum caſtitatis) irritam fecerint.

III. Locus ab exemplis eorum, qui ob vota violata graviter puniti sunt.

Vide Thea-
trum Vindi-
giae Divinae.

In REFUTATIONE ostendes, quām futilē & frivolē sint causæ quas nonnulli suæ inconstantia & apostasiæ obtiendunt, iis enim, qui queruntur de improbitate quorundam Fratrum, respondebis cum Sanct. Basilio: Neque Petrus neque Andreas, Joannesve propter Iudea improbitatem, se à reliquorum Apostolorum Choro submoverunt; neque, quo minus Christo obtemperans esset, ulla in re illius vitiis quam aliorum retardatus est, sed contra potius, relata illius perversitate, Dominica disciplina virtutem magiore studio sectatis sunt. Et: Iustus ille Noë cum impensis hominum colluvie versaretur, non dixit Deo, propterea se debere exire de mundo, sed eo magis more generosi athleta, adhuc adolescens se obduravit, neque ulla in re pro rorsus Dominore repugnans fuit, sed tolerans pietatis navigium in mediis impietatis fluctibus turatus est. Quid? Nonne Loth, cum Sodomis in tanta impietate, tanta que regum omnium perversione degrebet, virtutem tamen assidue ab omni vitio integrum, custodivit, & reliquis, quo ad fieri poterat, exemplo suo

Gen. 69. idem secum ut facerent auctor fuit? Iis verò, qui obtiendunt instituti Religiosi difficultatem, respondebis cum Sanct. Chrysost. ad Theodorum lapsum: Deut. 23. v. Quid levius ac melius quam solicitudine seculari, & 21. N. 30. v. laboribus, & metu exui? quam ab istius mundi fluctibus segregari, & possidere placidi tranquillique portus v. 3. cap. 8. securitatem?

S. Chrys. ad Theodorum lapsum refert duo exempla eorum qui postquam Monasticā deseruerunt In EPILOGO hortaberis Auditores ad perseverantiam in suscepto semel vitæ instituto, & ut vota semel Deo facta reddant; aut si ea violarunt, pœnitentiam agant: ait enim Dominus Isa. 2. vers. 18. Si fuerint peccata vestra, &c. Quanta autem agenda sit pœnitentia describit Sanct. Ambros. ad suam Lapsam: Pœnitentia non verbis agenda est, sed & actu. Hac autem sic agitur. Si tibi ante oculos ponas de quanta

quanta gloria rueris, & de quo libro uitæ nomen tuum pœnitentiam
deletum sit: te jam credas prope ipsas positam tenebras egerunt, ad-
exteriores, ubi fletus oculorum, & stridor dentium sine plum One-
fine, &c. Et: Quantumvis afflictionem, quantumvis mihi quæm
laborem subire esto contenta, dummodo ab æternalibus Paulus in
pœnis libereris. In primis omniscura vitæ hujus interi- gratiam re-
menda tibi est, & quasi mortuam te existimás, sicut es, cipit, & ado-
quomodo possis reviviscere, cogita: deinde lugubris tibi lescentis
accienda est vestris, & mens, ac membra singula digna ducem la-
castigatione punienda, &c.

tronum. So-

LXIV. DE SVPLICIORVM INFER- ni acerbitate, & magnitudine.

IN EXORDIO docebis, quam vberes ex consideratione tantorum suppliciorum fructus manent: neque enim plurimi ad peccandum ita proclives essent, si gehennæ recordatio eorum mentes occuparet, & propterea Deus gehennam minatus est, ne incidas in eam. *Hunc inquit, timete, qui potestatem habet mittendi in gehennam.* Adhæc suppliciorum metus improbos coercere in Repu. solet, nec Ioannes Ad postolus con- verit. Luc. caïdole sunt omnes prædicti, ut amore honesti & præmiis ad virtutis studium accendantur, oderunt 12. enim peccare maliformidine pœna, breviter, hæc cogitatio à vitiis abstrahit, & ad virtutes incitat, bonis calcar addit, & in summis sæpè miseriis ingeni consolacione perfundit.

PARTITIO Orationis fiat in duas partes, PRIORI, de istis suppliciis dices, POSTERIORI, qua ratione tanta supplicia effugere possimus, demonstrabis.

CONFIRMATIONIS priori parte PRIMO ages de triplici suppliciorum genere. PRIMUM est, perpetua à summo immeenso que bono, & omnium Beatorum iucundissimo consortio separatio. Index enim, severissimo vultu improbos intuens, in extremo Iudicio dicit: *Ite maledicti.* SECUNDUM est, ardenterissimus gehennæ ignis, qui infinita alia sup-

P 5

pli-